~~(AA 1278 I. n. 31 f. 140^ab)~~ — 9 — 217

nis cupitis evitare, paratum infallibiliter habeatur, et ob defectum bicocti non remaneat, quin vassella ipsa in principio dicti passagii possint pro nostris serviciis, sicut de beneplacito nostro processerit, navigare.

[[4.] volumus preterea et mandamus, ut diligenter inquiratis et sciatis omnes anchoras, que fuerunt et sunt in partibus ipsis a tempore felicis ingressus nostri in regnum, et eas recipiatis et recipi faciatis a quibuscumque ipsas habuerint vel habeant, numerum et qualitatem omnium anchorarum ipsarum, et quot ex eis bone et ydonee sint pro navibus, et quot pro teridis vel galeis, et quot pro aliis lignis subtilibus, et si omnes ~~…~~ naves galee et teride et galione curie nostre adpresens in ipsis partibus existentes habeant ancoras necessarias et sufficientes pro eis, et quot quelibet ipsarum, vel si in aliquibus ex navibus galeis et teridis ipsis alique ancore defecerint, et quot in qualibet ipsarum celsitudini nostre et dictis magistris racionalibus statim per litteras vestras distincte et particulariter significare curetis.

Dat. apud Bellumvidere per magistrum Guilielmum etc. mense februarii II. eiusdem VI. ind. [1278]